

SYMBOLUM APOSTOLORUM

Cum magna cautela collectum, et credentibus adsignatum.

Petrus dixit: Credo in Deum Patrem omnipotentem. Johannes dixit: Credo in Jesum Christum Filium ejus unicum, Deum et Dominum nostrum. Jacobus dixit: Natum de Maria virgine per Spiritum sanctum. Andreas dixit: Passum sub Pontio Pilato, crucifixum et sepultum. Philippus dixit: Descendit ad inferna. Thomas dixit: Tertia die resurrexit. Bartholomæus dixit: Ascendit in caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Matthæus dixit: Inde venturus judicare vivos et mortuos. Jacobus Alphæi dixit: Credo in Spiritum sanctum. Simon Zelotes dixit: Credo in Ecclesiam sanctam^a. Judas Jacobi dixit: Per Baptismum sanctum remissionem

^a Omittitur *Sanctorum communionem*, uti et apud Augustinum, maximum Taurinensem, Petrum Chrysologum, et alios nonnullos. Habetur tamen supra in traditione Symboli, pag. 312 (*huj. edit. col. 48^o init.*)

A peccatorum^b. Matthias dixit: Carnis resurrectionem in vitam æternam. Amen.

Hoc est quod ad duodecimum numerum apostolorum cum magna cautela collectum est, et credentibus adsignatum †. Quia fides sanctarum Deo ad hominibus nominibus nomen est fides divini muneris portio est: fides Deo hominem sociat, fides præsentia et futura conjungit, fides etiam quæ invisibilia sunt facit videre, fides post sepulcrum gæperis calum atque regna caelorum promittit. Ideoque qui in tali confessione permanserit, a superveniente ira timere non potest †.

^b Apud Cyprianum: *Remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam*, in epistolis ad Magnum et ad Liberalem.

INCIPIIT CAPITULUS DE VETERE [TESTAMENTO] CANONIZATUS

De Vetere.

Libri Genesis, Exodum, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum.

Libri mulierum Ruth, Sterh, et Judith.

Maccabeorum libri duo; Job et Thobias, libri singuli. Regum quattuor, Prophetarum libri sexdecim. Daviticum quinque^a. Salomon tres. Proverbiorum, Ecclesiastes, et Cantica canticorum^b, Esdra unus. Fiunt libri Veteris numero quadraginta quatuor.

^a Olim apud veteres Psalterium dividebatur in quinque partes seu libros, quorum singuli desinebant in Psalmis, quorum finis est. *Fiat fiat.*

^b Hi tres libri alia manu, sed antiquissima adjecti, nempe Proverbia, Ecclesiastes, Cantica, erant in

B

De Novo.

Apostolorum libri, [Pauli] quatuordecim Epistolæ; Petri duæ, Johannis tres. Jacobi et Judæ singulæ, Apocalypsis uno, Actus Apostolorum uno. Evangelia libri quatuor, Sacramentorum uno^c. De Novo sunt libri viginti octo.

Fiunt in summa libri septuaginta duo.

EXPLICIT CODEX BOSIENSIS.

veteri canone Hebræorum.

^c Observa hic in numero librorum sacrarum recenseri librum Sacramentorum: quo nomine veteres eum librum designabant, qui Collectiones et Præfationes ad missas continebat.

ANTIPHONARIUM MONASTERII BENCHORENSIS. (*Murat. anecd. t. IV, p. 121 sqq.*)

In antiphonarium monasterii Benchorensis.

Ex Codice ms. Ambrosianæ Bibliothecæ, num. 10, lit. C descriptum per me fuit hoc opusculum: Mutius est liber non uno in loco; vetustatem autem illius ad annos pene mille ascendere conjeci, caractere ad Saxonicum accedente, litterisque nonnullis minio distinctis. Celebre autem olim fuit in Ultonia Hiberniæ Provincia Benchoreuse, sive Benchoreuse monasterium diversum ab altero Benchorensi cœnobio in Wallia Angliæ provincia sito. Usserius in Britanniar. Ecclesiar. Antiquitatibus, pag. 476 et 531, ad Benchoreuse Hibernicum cœnobium refert locum desumptum e lib. II, cap. 2, Hist. Eccles. Bedæ, cujus verba sunt: « Erant autem plurimi eorum de monasterio Bancor., in quo tantus fertur fuisse numerus monachorum, ut cum in septem portiones esset cum præpositis sibi rectoribus monasterium divisum, nulla harum portio

minus quam trecentos homines haberet, qui omnes de labore manuum suarum vivere solebant. » Similia habet Gotselinus monachus Bertinianus in Vita sancti Augustini Cantuar. episc. At hæc potius spectare ad alterum cœnobium Benchorense in Angliæ provincia Wallia positum, præter alios clarissimos viros Mabilionius arbitratur in notis ad laudatam Vitam sancti Augustini scriptam a Gotselino monacho Bertiniano, tom. I Act. sanct. ord. sancti Benedicti. Et revera animadvertere hic possumus, Benchorensium monachorum cladem Bedæ memoratam in eo Monasterio contigisse, cui præfuerat Dinooth abbas, de quo tamen nullam mentionem habet Catalogus priorum Benchorensium in Hibernia abbatum, qui in Antiphonario nostro occurrit. At Usserii sententiam roborat locus e Vita sancti Comgalli descriptus, quem ipse affert pag. 472. Ita vero scribit ejus Vitæ auctor : « In diversis monasteriis et cellis tria millia monachorum sub cura sancti Patris Comgalli fuerunt ; sed major et nominatior cæteris prædictum monasterium Beanchor est, » etc. Sanctus itidem Bernardus Clarevallensis abbas in Vita sancti Malachie, cap. 6, laudes Hibernici Benchorensis monasterii persequitur, eique ascribit quæ Britannico tribuere videtur Beda loco citato.

Ad usum itaque insignis illius monasterii in Hibernia siti fuit Antiphonarium nunc a nobis evulgatum. E Bobiensis autem cœnobii Bibliotheca in Ambrosianam transit Codex cura amplissimi cardinalis Frederici Borromæi, cui Bibliotheca illa suum ortum debet, urbs, et archiepiscopatus Mediolanensis, omnesque litterati plurima æternum debebunt. Neque mirum, quod in Bobiensi cœnobio monumentum hoc asservaretur. Celeberrimi hujus monasterii institutor fuit sanctus Columbanus abbas, qui ut Jonas Bobiensis monachus in ejus Vita narrat, non alibi monachorum albo nomen primum dederat, quam in monasterio, « cujus est vocabulum Banchor, » illo nempe, quod in Hibernia situm fuisse diximus. Proinde inter Bobienses et Benchorenses monachos magna in posterum quoque necessitudo intercessit, ac amoris commercium. Et quanquam excogitare non possimus, ab ipso sancto Columbano delatum in Italiam Antiphonarium istud fuisse, cum ibi quædam habeantur quæ aliquot duntaxat post ejus mortem annis contigere ; attamen ab ejus discipulis, proximisque successoribus id factum non immerito opinor.

Quando autem in usu Benchorensium fuerit hocce Antiphonarium, conicere possumus ex ipsius postremis lineis, ubi Memoria abbatum nostrorum exhibetur. Primus Benchorensis monasterii abbas ibi numeratur sanctus Comgillus, qui sancti Columbani magister ac in eruditione pietatis pater fuit. Ita de Columbano laudatus Jonas : « Dedit delinde operam ut monachorum necesteret societati, et monasterium, cujus est vocabulum Banchor, petiit, in quo virtutum præsul ubertate cluebat beatus Commogellus, egregius inter suos monachorum pater. » Quamobrem sanctus Comgillus floruit circiter annum Christi 580, et adhuc Benchorensi monasterio præerat, cum sanctus Columbanus ex Hibernia in Gallias processit, nova monasteria institutus : quod paulo ante annum Christi 590 accidisse Mabilionius contendit in notis ad eandem sancti Columbani Vitam sæc. II Act. sanct. ord. sancti Benedicti. Baleus, Centur. I, cap. 53, Script. Britan., sancti Comgilli ætatem nimium anticipat, cum illum cœnobio Benchorensi præpositum anno Christi 530 scribit, eique regendum Britannicum, non vero Hibernicum, Benchorense monasterium tribuit. Usserius ejus mortem agit in anno Christi 601, pag. 494 Antiq. Britannicarum.

Succedunt in Antiphonario abbates Beognous, Ædeus, Simlanus, Fintenanus, Michlaisreus, Segandis, Beracnus, Cumnenus, Columba, Aidanus, Bautherius, Cronanus, Camanus et Cronanus. De postremo hæc ibi leguntur :

Christo punc sedet supremus
Hymnos canens quinddecimus
Zoen ut carpat Cronanus,

Conservet eum Dominus.
Quos convocabit Dominus
Cælorum regni sedibus.

Quæ sane indicare videntur, Cronanum tunc etiam temporis in vivis fuisse, cum ei Zoe, id est, vita, optetur, et dicatur *convocandus* ad Cælorum regni sedes. Attamen eum scriptum ibi sit *quos convocabit*, non vero *quem convocabit*, vehemens oborta mihi dubitatio est, ne *convocabit* idem sit atque *convocavit*, quod in superioribus repetitum videas ; et præcipue cum postremus etiam ex his abbatibus inter sanctos invocandos enumeretur.

Quod si revera Cronanus abbas tunc vivebat, tempus quo Antiphonarium illud concinnatum fuit aut in usu erat, divinare fortasse liceret. In antiquo catalogo sanctorum Hiberniæ, quem Usserius publici juris fecit, pag. 473 laudati Operis, Cronanus nescio quis presbyter sanctus enumeratur. Tres vero Cronanos deinde agnoscit Usserius ipse pag. 502. Primus annus Christi 640 vixisse in Hibernia fertur. Secundus anno Christi 665 mortem obiisse dicitur in Hibernicis Annalibus. Tertius abbas fuit magnificique monasterii fundator in Tipperariensi comitatu. Videndus etiam Bollandus ad diem primam Januarii, ubi refert Vitam sancti Mochuæ, sive Cronani, quem facit discipulum sancti Comgilli, et abbatem. Nos in catalogo Benchorensium abbatum duos Cronanos reperimus. A vero non abhorret recentiorum inter eos floruisse circiter annum Christi 660 ; quanquam si recte memini, Gabriel Bucelinus in libro de sanctis Viris ord. sancti Benedicti, quem olim vidi, scribit, Cronanum Benchorensem abbatem vixisse circiter annum Christi 636. Quæ tamen ita dicta velim, ut non putem propterea Codicem ipsum quo sum usus ad eam ipsam ætatem esse referendum, cum exemplar in Ambrosiana asservatum, et certe vetustissimum, ex antiquiore tamen Codice describi subinde per monachos Bobienses sive Bencliorientes potuerit.

Quod est ad reliquos abbates, eruditis locus erit inquirendi eorum tempus ac memoriam in antiquis Annalibus, atque Agiologiis, ac potissimum in vastis Bollandistarum libris, eamque in rem plurimum opis conferent quæ de sanctis Hiberniæ viris vaganti, sed magni tamen faciendæ, eruditione congestis memoratus Usorius in libro Antiquitatum Britannicarum. Hic interim adnotasse iuvabit priorem hymnum, qui in hoc Antiphonario occurrit, tribui sancto Hilario Pictaviensi episcopo, illis verbis: *Hymnum sancti Hilarii de Christo*. Et profecto compertum est inter eruditos, teste sancto Hieronymo, Hymnorum librum a sancto Hilario fuisse compositum. Ex iis etiam nonnullos in ecclesia decantari solitos fuisse tradit concilium Tolentanum IV, anni 633. At in hymno nunc a nobis producto majorem fortasse elegantiam desiderabunt nonnulli, ut enim sancto Hilario ascribant.

Ad hæc legimus in Antiphonario nostro *Hymnum sancti Patricii magistri Scotorum*. Memini autem, clarissimum virum P. D. Bernardum de Montefaucon, dum olim Mediolani ageret, conspecta Codicis hujus, ac monumenti vetustate, mihi ostendenti fuisse gratulatum. Narrabat quippe, in Gallis esse eruditum quemdam, cui nata suspicio fuerat non ipsas solum sancti Patricii res gestas, sed eundem sanctum Patricium inter Fabulas Romanenses esse amandandum, tantis nempe anilibus commentis deturpata fuerat sancti illius episcopi Historia. At profecto unus hic hymnus satis esse potest ad confirmandam veritatem cum insignium Patricii operum, tum celeberrimæ famæ, quæ de sancto viro ad nostra usque tempora permanavit. Tu uberiora, etsi non paria antiquitate, ab Usurio pete, cap. 17, pag. 425 et seq., Britannic. Antiquitatum.

IN NOMINE DEI SUMMI.

<p style="text-align: center;"><i>Canticum Moysi.</i></p> <p>Audite, cœli, quæ loquor, etc.</p> <p style="text-align: center;"><i>Hymnum sancti Hilarii de Christo.</i></p> <p>Hymnum dicat turba fidellum.</p> <p>Hymnum cantus person.....</p> <p>Christo Regi concinnentur</p> <p>Laudes.</p> <p style="text-align: center;">Tu Del de.</p> <p>.</p> <p style="text-align: center;">Dextra Patris, mons, et Agnus,</p> <p>Angularis tu lapis,</p> <p>Sponsus idem, vel columba.</p> <p>Flamma, Pastor, Janua.</p> <p style="text-align: center;">In prophetis inveniris .</p> <p>Nostro natus sæculo</p> <p>Ante sæcla tu fuisti</p> <p>Factor primi sæculi.</p> <p style="text-align: center;">Factor cœli, terræ factor,</p> <p>Congregator tu maris,</p> <p>Omniumque tu creator</p> <p>Quæ Pater nasci jubet.</p> <p style="text-align: center;">Virginis receptus membris,</p> <p>Gabrielis nuntio</p> <p>Crescit alvus prole sancta</p> <p>. erius credere.</p> <p>. visam</p> <p>.</p> <p style="text-align: center;">Cum jubet parvos necari,</p> <p>Turbam fecit Martyrum;</p> <p>Fertur infans oculendus,</p> <p>Nili flumen quo fluit.</p> <p style="text-align: center;">Qui refertur post Herodem</p> <p>Nutriendus Nazareth</p>	<p>Multa parvus, multa adultus</p> <p>Signa fecit cœlitus.</p> <p style="text-align: center;">Quæ latent, et quæ leguntur</p> <p>Coram multis testibus,</p> <p>Prædicans cœleste regnum</p> <p>Dicta factis adprobat.</p> <p style="text-align: center;">Debiles fecit vigere,</p> <p>Cæcos luce inluminat,</p> <p>Verbis purgat lepræ morbum,</p> <p>Mortuos resuscitat.</p> <p style="text-align: center;">Vinum, quod deerat hydriis,¹</p> <p>Mutari aquam jubet.</p> <p>Nuptiis mero retentis</p> <p>. populo.</p> <p>. bino</p> <p>.</p> <p style="text-align: center;">Turba ex omni discumbente</p> <p>Jugem laudem pertulit,</p> <p>Duodecim viros probavit,</p> <p>Per quos vita discitur.</p> <p style="text-align: center;">Ex quibus unus invenitur</p> <p>Christi Judas traditor,</p> <p>Instruuntur missi ab Anna</p> <p>Proditoris osculo.</p> <p style="text-align: center;">Innocens captus tenetur,</p> <p>Nec repugnans ducitur,</p> <p>Sistitur falsis, grassantur</p> <p>Offerentes Pontio.</p> <p style="text-align: center;">Dicerent Christum negandum;</p> <p>Turbis sanctus traditur;</p> <p>Impiis verbis grassantur;</p> <p>Sputa, flagra sustinet.</p> <p style="text-align: center;">Scandere crucem jubetur</p> <p>Innocens pro noxiis;</p> <p>Morte carnis, quam gerebat,</p>	<p>Mortem vicit omnium.</p> <p style="text-align: center;">Tum Deum clamore magno</p> <p>Patrem pendens invocat</p> <p>. membra Christi</p> <p>.</p> <p style="text-align: center;">Vela templi scissa pendent;</p> <p>Nox obscurat sæculum;</p> <p>Excitantur de sepulchris</p> <p>Dudum clausa corpora.</p> <p style="text-align: center;">Aduit Joseph beatus;</p> <p>Corpus myrra perlitum</p> <p>Linteo rudi ligatum</p> <p>Cum dolore condidit.</p> <p style="text-align: center;">Milites servare corpus</p> <p>Anna princeps præcipit,</p> <p>Ut videret, si probaret</p> <p>Christus, quod sponderat.</p> <p style="text-align: center;">Angelum Dei trementes</p> <p>Veste amictum candida,</p> <p>Quo candore claritatis</p> <p>Vellus vicit sericum.</p> <p style="text-align: center;">Demovit saxum sepulchro</p> <p>Surgens Christus integer;</p> <p>Hæc vidit Judæa mendax,</p> <p>Hæc negat, cum videret.</p> <p style="text-align: center;">F.</p> <p>.</p> <p>.</p> <p style="text-align: center;">Seque a mortuis paterna</p> <p>Suscitatum dextera</p> <p>Tertia die rediisse</p> <p>Nuntiat apostolis.</p> <p style="text-align: center;">Mox videtur a beatis,</p> <p>Quos probavit, fratribus,</p> <p>Quod redisset ambigentes,</p> <p>Intrat januis clausis.</p>
--	---	---

Dat docens præcepta legis,
Dat divinum Spiritum,
Spiritum Dei perfectum,
Trinitatis vinculum.

Præcipit totum per orbem
Baptizari credulos,
Nomen Patris invocantes,
Confidentes Filium.

Mystica fide revelat
Tinctos sancto Spiritu,
Fonte tinctos innovatos,
Filiis factos Dei.

Ante lucem turba
Concinit
.
.

Galli cantus, galli plausus
Proximum sentit diem,
Nos canentes, et precantes
Quæ futura credimus.

Majestatemque inmensam
Concinnemus uniter;
Ante lucem nuntiemus
Christum Regem sæculo.

Ante lucem nuntiemus,
Christum Regem sæculo.
Qui in illum recte credunt
Regnaturi cum eo.

Gloria Patri ingenito,
Gloria unigenito
Simul cum Sancto Spiritu
In sempiterna sæcula.

Hymnum apostolorum.

Precamur Patrem
Regem omnipotentem,
Et Jesum Christum,
Sanctum quoque Spiritum.

Alleluia.

Deum in una
Perfectum substantia
Trinum
.

Universorum
Fontis jubar luminum
Æthereorum,
Et orbi lucentium.

Hic enim dies
Velut primogenitus
Cæli ab arce
Mundi olim micuit.

Sic verbum caro
Factum a principio
Lumen æternum
Missum Patre sæculo.

Illeque proto
Vires adimens Cabo,
Tum improvise
Noctem pepulit mundo.

Ita æterno
Iste hoste subacto

Polum nodoso
Solvit mortis vinculo
Tenebræ super
Ante erant abyssum,
Quam radiaret
Præius dies dierum.

Hæc quam prodiret
Vera lux mortalia
Contexit alta
Corda ignorantia.

Eodem die
Rubrum, ut ajunt, mare
Post tergum liquit
Liberatus Israhel.

Per hoc docemur
Mundi acta spernere,
Et in deserto
Virtutum consistere.

Summerso sævo
Cicni canunt æmulo.
Certatim Deo
Laudes Duci igneo

Sicque erepti
Nequam jubemur fretis
Laudare Deum
Explosis inimicis.

Et sicut ille
Lucis fuit initium,
Ita et isti
Salutis exordium.

Loquatur primus
In tenore diei
Secundus vero
In calore fidei.

In fine mundi
Post tanta mysteria
Adest Salvator
Cum grandi clementia.

Tamque aperte
Elementa prætendunt,
Quam vatum hora
Lucide concelebrant.

Natus ut homo
Mortali in tegmine
Non deest cælo
Manens in Trinitate.

Vagit in panuis,
Veneratur a magis,
Fulget in stellis,
Adoratur in coelis.

Statura vili
Continetur præsepi,
Cujus pugillo
Potest orbis concludi
Primumque signum
Portendit discipulis
Aque conversæ
In sapore nectaris.

Tum per prophetam
Completur ut dictum:
Saliat claudus
Ut cervus perniciter.

Planaque fatur
Absoluto vinculo
Lingua mutorum,
Imperante Domino.

Surdi sanantur,
Cæci, atque leprosi,
Fune retroso
Suscitantur mortui.

Totidem panes
Quinque dividit virum
Saturaturis
Procul dubio millibus.

Post tantas moles
Divinæ clementiæ
Exosus ille
Stimulo invidiæ.

Qui invidere
Et odire animam
Pro inimicis
Prorogans

Adversus eum
Initur consilium,
Qui magni dictas
Consilii est nuntius.

Accedunt ei
Ut latroni cum gladiis
Furem æternis
Tradituri æstibus.

Tandem humano
Traditur iudicio
Mortali rege
Damnatur perpetuus.

Cruci confixus
Polum mire concutit,
Lumenque solis
Tribus obtondit horis.

Saxa rumpuntur,
Velum scinditur templi,
Vivi consurgant
De sepulchris mortui.

Conrosus nodis
Annos fere millibus
Extricat senis
Inferni feralibus

. to-plaustum
. osa soboles,
Abjecta mali morte
Sæva ultrice.

Quemque antiquum
Paradiso incolam
Rekursu suo
Clementer restituit.

Exaltans caput
Universi corporis,
In Trinitate
Locavit Ecclesiæ.

In hoc cœlitus
Jubet portas principes
Regi cum sociis
Eternales pandere.

Errantem propriis
Evehens certissimam
Supernis ovem
Humeris ovilibus.

Quem expectamus
Adfuturum Judicem
Justum cuique
Opus suum reddere.

Rogo quam tantis
Talibusque donâlis
Vicem condigne
Possumus rependere?

Quid tam mortales
Temptamus micrologi
Narrare, quivit
Quæ nullus edicere?

Solum oramus
Hoc, idemque maximum:
Nostri Æterne
Miserere, Domine. Alleluja.

Canticum sancti Zachariæ.

Benedictus Dominus Deus, Is-
rahel, etc.

Canticum.

Cantemus Domino, gloriose enim
honorificatus, etc.

Benedictio trium puerorum.

Benedicite omnia opera Domini
Dominum, hymnum dicite, et su-
perexaltate eum in sæcula, etc.

Hymnum in die Dominico.

Laudate, pueri, Dominum, lau-
date nomen Domini. Te Deum lau-
damus, te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem omnis terra
veneratur. Tibi omnes angeli, tibi
cœli, et universæ potestates.

Tibi cherubin, et seraphin in-
cessabili voce proclamant: San-
ctus, Sanctus, Sanctus Dominus
Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et universa terra
honore gloriæ tuæ.

Te gloriosus apostolorum cho-
rus, te prophetarum laudabilis nu-
merus.

Te martyrum candidatus laudet
exercitus. Te per orbem terrarum
sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ majestatis. Ve-
nerandum tuum verum, unigeni-
tum Filium.

Sanctum quoque Paraclitum Spi-
ritum, Tu Rex gloriæ, Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum mundum susce-
pisti hominem.

Non horruisti Virginis uterum.
Tu devicto mortis aculeo aperuisti
credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedens in
gloria Patris iudex crederis esse
venturus.

Te ergo quæsumus nobis tuis fa-
mulis subveni, quos pretioso san-
guine redemisti.

Æterna fac cum sanctis gloria
munerari.

Salvum fac populum tuum, Do-
mine, et benedic hereditati tuæ, et
rege eos, et extolle illos usque in
sæculum.

Per singulos dies benedicimus
te, et laudamus nomen tuum in
æternum, et in sæculum sæculi.
Amen.

Fiat, Domine, misericordia tua
super nos, quemadmodum spera-
vimus in te.

*Hymnum quando communicarent
sacerdotes.*

Sancti venite,
Christi corpus sumite,
Sanctum bibentes,
Quo redempti, sanguinem.

Salvati Christi
Corpore et sanguine,
A quo refecti
Laudes dicamus Deo.
Hoc sacramento
Corporis et sanguinis,
Omnes exuti
Ab inferni faucibus.

Dator salutis
Christus Filius Dei
Mundum salvavit
Per crucem, et sanguinem.

Pro universis
Immolatus Dominus
Ipse sacerdos
Existit et hostia.

Lege præceptum
Immolari hostias,
Qua adumbrantur
Divina mysteria.

Lucis indultor
Et Salvator omnium
Præclaram sanctis
Largitus est gratiam.

Accedant omnes
Pura mente creduli,
Sunant æternam
Salutis custodiam.

Sanctorum custos
Rector quoque Dominus
Vitæ perennis
Largitur credentibus.

Cœlestem panem
Dat esurientibus
De fonte vivo
Præbet sitientibus.

Alpha et omega
Ipse Christus Dominus
Venit venturus
Judicare homines.

Hymnum quando cœria benedicuntur

Ignis Creator igneus
Lumen donator luminis,
Vitaque vitæ conditor,
Dator salutis, et salus.

Nec noctis hujus gaudia
Vigil lucerna deserat,
Qui hominem non vis mori,
Da nostro lumen peccati.

Ex Ægypto migrantibus
Indulges geminam gratiam,
Nubis velamen exhibes,
Nocturnum lumen porrigis.

Nubis columpnæ per diem
Venientem plebem protegis,
Ignis columpnæ ad vesperum
Noctem depellis lumine.

E flamma famulum provocas,
Rubum non spernis spiritum
Et cum sis ignis concreta
Non uris quod inluminas.

Fusco depasto nullo
Tempus decoctis sordibus
Fervente sancto Spiritu
Carnem lucere ceream.

Secretis jam conditis lavæ
Divini mellis alitus,
Cordis repurgans intimas
Verbo replesti cellulas.

Examen ut fœtus novi
Ore prælectum, spiritu
Relectum cœlum sarcinis
Quærat securis pinnulis.

Gloria Patri ingenito,
Gloria Unigenito,
Simul cum sancto Spiritu
In sempiterna sæcula.

Hymnus mediæ noctis.

Mediæ noctis tempus est;
Prophetica vox admonet,
Dicamus laudes Deo
Patri semper, ac Filio,

Sancto quoque Spiritu;
Perfecta enim Trinitas,
Uniusque substantiæ
Laudanda nobis semper est.

Terrorem tempus hoc habet,
Quocum vastator angelus
Ægypto mortem intulit,
Brevit primogenita.

Hæc iustis hora salus est,
Et quos idem tunc angelus
Ausus punire non erat
Signum formidans sanguinis.

Ægyptus flebat fortiter;
Tantum diro tñhere;
Solut gaudebat Israhel
Agni protectus sanguine.

Nos vero Israhel sumus,
Lætatur in te, Domine,
Hostem spernentes et tristem,
Christi defensi sanguine.

Ipsam profecto tempus est
Quo voce Euangelica
Venturus Sponsus ereditur,
Regni cœlestis conditor:

Occurrunt sanctæ virgines
Obviam tunc adventui,
Gestantes claras lampades
Magno lætantes gaudio.

Stultæ vero remanent,
Quæ extinctas habent lampades;
Frustra pulsantes januâs
Claustræ jam regni regiar.

Quare vigilemus sobrii
Gestantes mentes splendidas,
Adventui ut Jesu
Digne curramus obviam.

Noctisque medio tempore
Paulus quoque et Sileas
Christum vincti in carcere
Conlaudantes soluti sunt.

Nobis mundus hic carcer est.
Te laudamus, Christe Deus,
Solve vincula peccatorum
In te sancte credentium.

Dignos nos fac, Rex agni,
Futuri regni gloriæ
Æternis ut mereamur
Te laudibus concinere.

Gloria Patri ingenito,
Gloria Unigenito,
Simul cum Sancto Spiritu
In sempiterna sæcula.

*Hymnum in natale martyrum, vel
Sabbato ad Matutinam.*

Sacratissimi martyres summi
[Dei,

Bellatores fortissimi,
Christi Regis potentissimi
Duces exercitus Dei,
Victores in cœlis
Deo canentes. Alleluja.

Excelsissime Christe,
Cœlorum Deus cherubin,
Cui sedes cum Patre sacra.

Angelorum ibi et martyrum
Fulgens chorus,
Tibi sancti proclamant.

Magnifice tu prior
Omnium passus crucem
Qui devicta morte refusisti
Mundo, ascendisti ad cœlos,
Ad dexteram Dei
Tibi sancti proclamant.

Armis spiritalibus
Munita mente apostoli
Sancti te sunt secuti,
Qui cum ipsa crucis
Paterentur morte
Tibi sancti canebant.

Christe martyrum tu es
Adjutor potens præliantium,
Sancta pro tua gloria,
Qui cum victores
Exirent de hoc sæculo,
Tibi sancti canebant.

Illustris tua, Domine,
Laudanda virtus, quæ per Spiritum

Sanctum firmavit martyres,
Qui consternerent Zabulum,
Et mortem vincerent.
Tibi sancti canebant.

Manu Dei excelsa
Protecti contra diabolum
Steterunt firmati;
Semper Trinitati fidem
Toto corde servantes.
Tibi sancti canebant.

Vere regnantes erant
Tecum, Christe Deus,
Qui passionis merito coronas
Habent, et centenario
Fructu repleti gaudent.
Tibi sancti proclamant.

Christi Dei gratiam
Supplices obsecramus,
Ut in ipsius gloriam
Consummemur, et in sanctam
Hierusalam civitatem Dei
Trinitati cum sanctis
Dicamus alleluja.

*Hymnum ad Matutinam in Do-
minica.*

Spiritus divinæ
Lucis gloriæ,
Respice in me,

Domine,
Deus veritatis,
Domine Deus Sabaoth,
Deus Israhel,
Respice.

Lumen de lumine
Referemus Filium Patris,

Sanctumque Spiritum
In una substantia,
Respice.

Unigenitus, et primogenitus,
A te obtinemus
Redemptionem nostram.
Respice.

Natus es Spiritu sancto,
Ex Maria virgine;
In idipsum in adoptionem
Filiorum, qui tibi
Procreati ex fonte vivunt.
Respice.

Hæredes et quohæredes
Christi tui, in quem,
Et per quem cuncta creasti,
Quia in prædestinatione
A sæculis nobis est
Deus Jesus, qui nunc cepit.
Respice.

Unigenito ex mortuis
Deo obtinens corpus,
Claritatem Dei, manens
In sæcula sæculorum
Rex æternorum.
Respice.

Quia nunc cepit, qui semper
Fuit naturæ tuæ Filius,
Divinæ lucis gloriæ tuæ,
Qui est forma et plenitudo
Divinitatis tuæ frequens.
Respice.

Persona Unigeniti,
Et primogeniti,
Qui est totus a toto
Diximus lux de lumine.
Respice.

Et Deum verum a Deo vero
Semper semper conlitemur,
Tribus personis
In una substantia.
Respice.

*Hymnum sancti Patris magistri
Scotorum.*

Audite, omnes amantes
Deum, sancta merito
Viri in Christo beati
Patrici episcopi
Quomodo bonum ob actum
Similatur angelis,
Perfectamque propter vitam
Æquatur apostolis.

Beata Christi custodit
Mandata in omnibus
Cujus opera refulgent
Clara inter homines
Sanctumque cujus sequuntur
Exemplum mirificum,
Unde et in cœlis Patrem
Magnificant Dominum.

Constat in Dei timore
 Et fide immobilis
 Super quæ ædificatur,
 Ut Petrum Ecclesia
 Cujusque apostolatam
 A Deo sortitus est,
 In cuius portæ adversum
 Inferni non prævalent.
 Dominus illum elegit
 Ut doceret barbaras
 Nationes, et piscaret
 Per doctrinæ retia,
 Et de sæculo credentes
 Traheret ad gratiam
 Dominum qui sequerentur
 Sedem ad ætheream
 Electa Christi talenta
 Vendit euangelica,
 Quæ Hibernas inter gentes
 Cum usuris exigit,
 Navigiis hujus laboris
 Tum operæ pretium
 Cum Christo regni cœlestis
 Possessurus gaudium.
 Fidelis Dei minister,
 Insignisque nuntius
 Apostolicum exemplum,
 Formamque præbet bonis,
 Qui tam verbis quam et factis
 Plebi prædicat Dei,
 Ut quem dictis non convertit
 Fructu provocet bono.
 Gloriam habet cum Christo,
 Honorem in sæculo
 Qui ab omnibus, ut Dei
 Veneratur angelus
 Quem Deus misit ut Paulum
 Ad gentes apostolum,
 Ut hominibus ducatum
 Præberet regno Dei.
 Humilis Dei ob metum
 Spiritu et corpore,
 Super quem bonum ob actum
 Requiescit Dominus,
 Cujusque justa in carne
 Christi portat stigmata,
 Et cuius sola sustentans
 Gloriatur in cruce.
 Impiger credentes pascit
 Dapibus cœlestibus
 Ne qui videntur cum Christo
 In via dedeciant,
 Quibus erogat ut panes
 Verba euangelica,
 Et cuius multiplicantur
 Ut inanna in manibus.
 Kastam qui custodit carneu
 Ob amorem Domini,
 Quam carnem templum paravit

Sanctoque Spiritui,
 A quo constanter cum mundis
 Possidetur actibus,
 Quam et hostiam placentem
 Vivam offert Domino.
 Lumenque mundi accensum
 Ingens euangelicum,
 In candelabro levatum
 Toto fulgens sæculo,
 Civitas regis munita
 Supra montem posita,
 Copia in qua est multa,
 Quam Dominus possidet.
 Maximus namque in regno
 Cælorum vocabitur,
 Qui quod verbis docet sacris,
 Factis adimplet bonis,
 Bono præcedit exemplo,
 Formamque fidelium
 Mundoque in corde habet
 Ad Deum fiduciam.
 Nomen Dei audenter
 Adnuntiat gentibus,
 Quibus lavacris salutis
 Æternam dat gratiam,
 Pro quorum orat delictis
 Ad Deum cotidie,
 Pro quibus ut Deo dignas
 Immolatque hostias.
 Omnem pro divina lege
 Mundi spernit gloriam,
 Qui cuncta ad cuius mensam
 Æstimat quisquilia,
 Nec ingruenti movetur
 Mundi hujus fulmine,
 Sed in adversis lætatur,
 Cum pro Christo patitur.
 Pastor bonus et fidelis
 Gregis euangelici,
 Quem Deus Dei elegit
 Custodire populum,
 Suamque pascere plebem
 Divinis dogmatibus.
 Pro qua ad Christi exemplum
 Suam tradit animam.
 Quem pro meritis Salvator
 Proximitate pontificem,
 Ut in cœlesti moneret
 Clericos militia,
 Cœlestem quibus ammonam
 Erogat cum vestibus,
 Quod in divinis impletur,
 Sacrisque affatibus.
 Regis nuntius invitans
 Credentes ad nuptias
 Qui ornatur vestimento
 Nuptiali indutus,
 Qui cœleste haurit vinum
 In vas cœlestibus,

Propinansque Dei plebem
 Spiritale poculum.
 Sacrum invenit thesaurum
 Sacro in volumine,
 Salvatorisque in carne
 Deitatem pervidet,
 Quem thesaurum emit sanctis
 Perfectisque meritis,
 Israel vocatur hujus
 Anima videns Deum.

Testis Domini fidelis
 In lege catholica,
 Cujus verba sunt divinis
 Candida oraculis,
 Ne humanæ putent carnes
 Æsque a verbibus,
 Sed cœlesti alleantur
 Sapore ad victimam.

Verus cultor et insignis
 Agri euangelici,
 Cujus semina videntur
 Christi euangelia,
 Quæ divino serit ore
 In aure prudentium,
 Quorum quoque corda ac mentes
 Sancto arat Spiritu.

Christus illum sibi elegit
 In terris vicarium,
 Qui de gemino captivos
 Liberat servitio,
 Plerosque de servitute
 Quos redemit hominum,
 Innumeros de Zabuli
 Absolvit dominio.

Hymnos cum Apocalypsi
 Psalmosque cantat Dei,
 Quosque ad ædificandum
 Dei tractat populum,
 Quam legem in Trinitate
 Sacri credit nominis,
 Tribusque personis unam
 Docetque substantiam.

Zona Domini præcinctus
 Diebus ac noctibus,
 Sine intermissione
 Deum orat Dominum,
 Cujus ingentis laboris
 Percepturus præmium
 Cum apostolis regnabit
 Sanctus super Israel.

Patricius episcopus
 Oret pro nobis omnibus,
 Ut deleantur protinus
 Peccata quæ commisimus.
 Patricii laudes
 Semper dicamus,
 Ut nos cum illo
 Semper vivamus.

Hymnum sancti Comgilli nostri.

Recordemur justitiæ
Nostrī patrōni fulgide
Comgilli sancti nomine
Refulgentis in opere.
Adjuti Dei Flamīne
Sancto claroque lumine,
Trinitatis celsissimæ
Cuncta tenentes regmine,
Quem Deus ad ætherea
Conduxit habitacula,
Ab angelis custodita,
Permansura in sæcula.

Audite pantes ta erga
Allati ad angelica
Athletæ Dei abdita
A juventute florida
Aucta in legis pagina,
Alta sancti per viscera
Apta fide justitia,
Ad Dei ducta gaudia,
Alti adlata merita
Affatim concordantia,
Ab angelis.

Bonam vitam, justitiam,
Benignitatem floridam,
Caritatem firmissimam,
Deo primò adhibitam,
Juxta mandatum solidam
In regno præstantissimam,
Proximis sæpe debitam
Corde sereno placitam
Efficiebat cognitam
In futuro fructiferam,
Quem Deus.

Contemptum mundialium
Voluptatum, præsentium
Vitorum firmissimum
Infirmos devastantium
Verborum cogitaminum
Parte læva versantium
Continebat per viscerum
Secreta vigilantium
Ab angelis.

Doctus in Dei legibus
Divinis dictionibus
Ditatus sanctis opibus,
Deo semper placentibus,
Dedicatus in moribus,
Dei Stephanus agius
Docebat sic et cæterus
Dicta docta operibus
Quem Deus.

Elegit a primordio,
Quod erat in principio,
Æternum Verbum paterno
Eructatum sanctissimo
Corde verum altissimo
Carus eidem lucido

*abbatis Pignus præciaro animo
Constans opere placido.
Ab angelis.*

Fulgebat alti fulgore
Solis vice in vertice
Rutilantis meridie
Fidei claritudine,
Confirmatus ex viscere
In Dei semper sidere
Confidens sanctimonix
Præcipuo munimine.
Quem Deus.

Gaudium sancti Spiritus
Habebat in visceribus,
Regnum quod est snblimibus
Deo dignum et fortius.
Gladium quoque Spiritus
Levatum ad nequissimus
Quo prosterneret superbus
Tenens sanctis in manibus.
Ab angelis.

Humilis, sanctus, benignus
Probus in Dei legibus,
Humanus, justus, commodus,
Laudabilis in moribus,
Hilaris vultu, sobrius,
Caritatis in floribus,
Decoratus ordinibus,
Factus palam mortalibus
In Scripturis eruditus,
Inspiratus divinitus,
In sacramentis providus,
Canonicis affatibus
Testamenti præfulgidus,
Fervens spiritu, placidus
Deo carus, et piissimus.
Ab angelis.

Calcavit mundum subdolum
Karitatis per studium
Kastitatis firmissimum,
Contempnens omne vitium,
Inserens agrum floridum,
Pectus adornans lucidum,
Divinum habitaculum
Trino nomine sancitum.
Quem Deus.

Lampadem sapientiæ
Constituit in pectore,
In thesauro sapientiæ
Condito Dei munere,
Inflammat magnopere
Luce veræ justitiæ,
Exaltatus munimine
Legis, spiritus, literæ.
Ab angelis.

Magnum adprehendit bradium
Æterna vita condignum
Adeptus sanctum præmium
Post laborem firmissimum,
Cujus perfectam meritum

Vocamus in auxilium,
Ut mercamur omnium
Vitorum excidium.
Quem Deus.

Notus sanctorum cœtibus
Abbatem in ordinibus
Monachorum militibus
Anachoretarum sensibus
Synodum sanctus plebibus
Immo vir apostolicus
Clarus cunctis in sortibus,
Adauctus in sublimibus
Ab angelis.

O petram solidissimam
In fundamento positam,
O contemptorem omnium
Rerum nequam præsentium,
O ducem sanctum militum
Domino militantium
O tyronem fortissimum
Domino totum deditum.
Quem Deus.

Positus muri ferrei
Vice in luce populi
Dissipare, disperdere,
Cuncta mala destruere,
Ædificare, plantare
Bona tota in commune
More sancti Hieremiæ
Constituti in culmine.
Ab angelis.

Quis contempsit præsentia
Hujus ævi decidua?
Quis ascendit ad superna
Toto animo gaudia?
Quis volebat in æthera
Carne volare posita?
Qualiter iste talia
Adeptus sancta merita.
Quem Deus

Rexit sanctam Ecclesiam
Catholicam per regulam,
Retinens fidem solidam
Malam contra nequitiam,
Suam exercens animam
Sanctæ legis per paginam,
Cujus exopto gratiam
Mibi adornat animam.
Ab angelis.

Sapiens suos internos
Sanctos elevans oculos
Deducebat ad superos
Capite sancto intentos,
Parte sancta in dextera
Collocans sua viscera
Centurionis opera
Habens sancta per studia!
Quem Deus.

Tulit suam memoriam
Ad mansionem supernam

Caram Deo, et floridam
Suam exercens animam,
Contempnens terram subdolan,
Vanam omnem insaniam
Domans cum Abraham
Ad terram illam optimam.

Ab Angelis.

Vitam æternam fulgida
Adeptus est sub corona,
Ubi adsumet præmia
Permansura in sæcula
Comitaturus agmina
Angelorum præcipua
Inquirens semper talia
Vigilans in Ecclesia.

Quem Deus.

Christum orabat Magistrum,
Summum ornans obsequium,
Christi gerens officium
Actum per apostolicum.
Hujus sequens vestigium
Ducens Deo exercitum
In sanctum habitaculum
Trinitatis lectissimum.

Ab angelis.

Hymnum Deo cum cantico
Immolabat Altissimo,
Diei noctis circulo
Orans sæpe cum triumpho,
Nunc cantavit sub numero
Canticum novum Domino,
Junctus choro angelico
Summo sanctis in júbilo.

Quem Deus.

Zona cinctus justitiæ,
Castitatis eximie,
Mundo opertus sindone,
In signo castimonie,
Fœminalia lucidæ
Habens toto ex viscere,
Cujus sancto pro opere
Reddatur mercis condigne.

Quem Deus ad ætherea

Conduxit habitacula,
Ab angelis custodita,
Permansura in sæcula.

Per merita et orationes sancti
Comgilli abbatis nostri omnes nos,
Domine, in tua pace custodi.

Item ad Secundam.

Exaudi nos, Domine, supplices tuos, qui in hac
hora prima diei referimus tibi gratias Domino Deo
nostro, qui nos redemisti tuo sancto sanguine, ut
preces ac petitiones nostras vice primitiarum tibi
oblatas pie clementerque suscipias. Qui regnas.

Ad horam Tertiam.

Tibi subnexis precibus Christo Domino supplica-
mus, qui in hora tertia diei Spiritum sanctum apo-
stolis orantibus emisisti, eundem gratiæ participa-

Hymnum sancti Camelaci.

Audite bonum exemplum
Benedicti pauperis
Camelaci Cumiensis
Dei justis famuli.
Exemplum præbet in toto,
Fidelis in opere,
Gratias Deo agens,
Hylaris in omnibus,
Jejunus, et mansuetus;
Kastus hic servus Deo,
Lætatur in paupertate,
Mitis est in omnibus,
Noctibus, atque diebus
Orat Dominum suum,
Prudens, justus, ac fidelis,
Quem cognati diligunt.
Regem Deum aspexit,
Salvatoremque suum
Tribuit huic æternam
Vitam cum fidelibus.
Christus illum iminnavit
Patriarchæ Abraham.
In paradiso regnabit
Cum sancto Eleazaro.

Collectio ad Secundam.

Esto nobis protector in ista die,
Domine sancte Pater omnipotens
æterne Deus, et miserator, et mi-
sericors, et auxiliator, et dux no-
bis, et illuminator cordium nostro-
rum. Custodi, Domine, cogitationes,
sermões, opera, ut possimus
placere in conspectu tuo, Domine,
et perficere voluntatem tuam, et
ambulare in via recta tota nostre
vitæ tempore.

Item alia ad Secundam.

Te oramus, Altissimo,
Exorto solis lumine,
Christo oriens nomine,
Adesto nobis, Domine,
Qui regnas in sæcula.

Ad Tertiam.

Christi per horam tertiam
Deprecamur clementiam,
Uti nobis perpetuam
Suam tribuat gratiam,
Qui regnas.

Ad Sextam.

Tuis parce supplicibus
Sexta hora orantibus,
Qua fuisti pro omnibus,
Christe, in cruce positus.
Qui regnas.

Ad nonam.

Exaudi preces omnium
Nona hora orantium,
In qua, Christe, Cornellum
Visitasti per angelum.
Qui regnas.

Ad Vesperas.

Vespertino sub tempore
Te invocamus, Domine,
Nostris precibus annue,
Nostris peccatis ignosce.

In hora dimidii noctis.

Noctis tempus exegimus,
Christe, in tuis laudibus,
Miserearis omnibus
Te ex corde precantibus.
Qui regnas.

Ad Nocturnum.

Jesu clementer visita
Nocte orantes media,
Qua divina potentia
Petri solvisti vincula.
Qui regnas.

Ad Matutinum.

Deus, subveni omnibus
Te ter sanctum laudantibus
Unumque contentibus
Sacris hymnorum cantibus.
Qui regnas.

Item ad Matutinum.

Gallorum Christe cantibus
Te deprecor sonantibus
Petri ob quondam fleibus
Nostris intende precibus.
Qui regnas.

Item alia ad Matutinum.

Deus, qui pulsas tenebris
Diei lucem tribuis,
Adventum veri luminis
Tuis effunde famulis.

tionem nobis poscentibus jubeas concedi. Qui regnas.

Ad horam Sextam.

Omnipotens æterne Deus, qui nobis magnam fa-
cisti, sexta hora sanctam Crucem ascendisti, et tene-
bras mundi illuminasti, sic et corda nostra illumina-
re digneris. Qui regnas.

Ad horam Nonam.

Nona agitur diei hora. Ad te, Domine, directa sup-
plicatione, que cultoribus tuis divina monstrantur

miracula, nostra quoque eorum imitatione corda A
inluminata. Qui regnas.

Ad Vespertinam.

Vespertina oratio nostra ascendat ad aures divinae
majestatis tuae, et descendat benedictio tua, Domine,
super nos, quemadmodum speravimus in te. Qui
regnas.

Ad initium Noctis.

Deus, qui inextricabiles tenebras inluminas noc-
tium, densitatem caliginis inlustras, corda nostra in
opere mandatorum tuorum, te oramus, Domine, cu-
stodias. Qui regnas.

Ad initium noctis.

Evolutis nunc diei temporibus, nocturnisque spa-
tibus supervenientibus, Dei misericordiam deprece-
mur, ut suppleti divinis sensibus, tenebrarum ope-
ribus renuntiare possimus. Qui regnas. B

Ad pacem celebrandam.

Injuste egimus. Redemisti nos, Domine, Deus vo-
luntas, in tuo sancto sanguine, nunc adjuva nos in
omnibus Jesu Christo, qui regnas.

Pax multa diligentibus, pax tua, Domine, rex coe-
lestis, permaneat semper in visceribus nostris, ut
non timeamus a timore nocturno. Qui regnas.

Incipit Symbolum.

Credo in Deum Patrem omnipotentem invisibilem,
omnium creaturarum visibilem, et invisibilem con-
ditorem.

Credo et in Jesum Christum Filium ejus unicum
Dominum nostrum, Deum omnipotentem, conceptum
de Spiritu Sancto, natum de Maria virgine, passum
sub Pontio Pilato, qui crucifixus, et sepultus des-
cendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis,
ascendit in caelis, sedetque ad dexteram Dei Patris
omnipotentis exinde venturum judicare vivos, ac
mortuos.

Credo et in Spiritum sanctum Deum omnipoten-
tem unam habentem substantiam cum Patre et Filio.
Sanctam esse Ecclesiam catholicam; abremissa pec-
catorum, sanctorum communionem, carnis resurrex-
tionem. Credo vitam post mortem, et vitam aeternam
in gloria Christi. Haec omnia credo in Deum. Amen.

Oratio Dominica.

Pater noster, etc.

Ad Nocturnum.

Per horam mediae noctis tunc gavisi sunt angeli de
nativitate Domini nostri Jesu Christi. Ita et nos letari
debemus in tua sancta pace omnipotens Deus, qui
vivis, etc. D

Ad Matutinum.

Tu es, Domine, inluminator caliginum, conditor-
que elementorum, remissor criminum; misericordia
tua, Domine, magna est super eos qui te toto corde
requirunt. Majestas tua, Domine, mane nos exaudiat,
et defeat delicia nostra, quae tibi non sunt abdita.
Qui regnas, etc.

Item ad Matutinum.

Tu es spes et salus. Tu es vita et virtus. Tu es ad-
jutor in tribulationibus. Tu es defensor animarum
nostrarum, Deus Israel in omnibus. Qui regnas, etc.

Oratio communis fratrum.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.
Cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes
facti sumus nimis. Adjuva nos Deus salutaris noster;
propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos; et
propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Ne tradas bestiis animam confidentem tibi. Animas
pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Respice
in testamentum, Domine. Deus, in adjutorium meum
intende; Domine, ad adjuvandum me festina. Fe-
stina, Domine, libera me ex omnibus peccatis no-
stris.

Pro baptizatis.

Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic-
tione hereditati tuae, et rege eos, et extolle, Domine, illos
usque in saeculum. Miserere Ecclesiae tuae Catholicae,
quam in tuo sanguine redemisti. Qui regnas.

Exurge, Domine, in requiem tuam. Tu es arca
sanctificationis tuae. Sacerdotes tui induantur justi-
tiam, et sancti tui, etc. Qui, etc.

Laetentur in te, Domine, omnes sancti tui, qui
sperant in te in omni veritate.

Pro abbate.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, et bea-
tum faciat eum in terra. Dominus custodit te ab omni
malo, custodiat animam tuam Dominus. Dominus
custodiat introitum tuum ex hoc nunc et usque in
saeculum,

Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi, sub umbra
alarum tuarum proteges nos

Protegere et sanctificare digneris omnibus omni-
potens. Qui regnas, etc. C

Pro fraternitate.

Tu, Domine, servabis nos, et custodies nos a ge-
neratione hac in aeternum.

Exaudi orationes nostras pro fratribus nostris, ut
illis Deus miserearis.

Pro pace populorum, et regum.

Dominus virtutem populo suo dabit. Dominus benedi-
cet populo suo in pace.

Pacem prestare digneris omnibus, omnipotens
Deus. Qui regnas, etc.

In blasphemantibus.

Domine, misericordia tua in saeculum, opera ma-
num tuarum ne despicias.

Domine Deus virtutum, ne statuas illis noc in pec-
catum.

Pro impiis.

Judica illos, Deus, decedant a cogitationibus suis;
usque inritaverunt te, Domine.

Confundantur illi, qui confidunt in se, et non nos,
Domine, qui confidimus in te.

Pro iter facientibus.

O Domine, salvum fac, o Domine, bene prosperare.
Prosperitatem itineris praesta famulis tuis. Qui, etc.

Constituantur tibi, Domine, omnia opera tua, et
sancti tui constituantur tibi.

Tibi gratias agunt animae nostrae pro innumeris
beneficiis tuis. Qui regnas, etc.

Pro eleemosynariis.

Dispersit, dedit pauperibus. Justitia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.

Eleemosynas facientibus in hoc mundo retribue, Domine, in regno tuo sancto.

Pro infirmis.

Exclamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberabit eos.

Tribue, Domine, tuis famulis sanitatem mentis, et corporis.

Exurge, Domine, adjuva nos, et redime nos propter nomen tuum.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Salvare nos digneris per invocationem sancti tui nominis. Qui regnas, etc.

Deus, qui sanctis martyribus et electis tuis coronam martyrii præstitisti, te oramus, Domine, ut eorum meritis obtineamus veniam, qui tantam gloriam non meremur. Qui regnas, etc.

Ad te, Domine, clamabo. Deus meus ne sileas a me.

Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob.

Adjutor noster Deus Jacob miserere nobis, Domine. Qui regnas, etc.

Ad collectas.

sanctus in sanctis, Agnus immaculatus, gloriosus in cœlis, mirabilis in terris, præsta nobis, Domine, secundum magnam misericordiam tuam, Deus, quæ te petimus et oramus. Qui regnas.

Ad martyres.

Æternum virtutis tuæ nomen omnipotens Deus oramus, uti nos martyrum et omnium sanctorum tuorum meritis socios fide pares, devotione strenuos, passione consimiles in resurrectione feliciam facias coæquari. Qui regnas, etc.

Miserere mei, Deus, secundum magnam, etc.

Tribue, Domine, petentibus te ex fide secundum magnam misericordiam tuam, Deus, qui regnas, etc.

Ad Nocturnum.

Media nocte clamore facto, ut nos inveniamur parati sponso, qui regnas, etc.

Ad Matutinum.

Deus Deus noster, ad te de luce vigilare debemus, et tu excita de gravi somno, et libera de sopore animas nostras, et in cubilibus nostris compungamur, ut tui esse memores mereamur. Qui regnas, etc.

Tu es spes et salus. Tu es vita et virtus. Tu es adjutor in tribulationibus. Tu es defensor animarum nostrarum, Deus Israhel, in omnibus. Qui regnas, etc.

Ad Matutinum.

O qui in altis habitas, et humilia respicis in cœlo et in terra, in mari et in omnibus abyssis, de profundo cordis te deprecamur, ut firmes manus nostras ad prælium, et digitos nostros ad bellum, quo possumus in matutino interficere omnes peccatores terræ nostræ ac nos indefice mereamur et templum sanctum tuum Christo. Qui regnas, etc.

A*Ad martyres.*

Deus, qui sanctos tuos cum mensura approbas, et sine mensura glorificas, cujus præcepta finem habent, et præmia terminum non habent, exaudi per illorum merita preces nostras, et tribue ut eorum patrocinia adjuvent nos ad fidei profectum, ad bonorum operum fructum, ad prosperitatis bonum, ad salubritatis commodum, ad religionis cultum, ad divini timoris augmentum per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui est Rex regum, et Dominus dominantium, et gloria futurorum, regnans, et permanens una cum æterno Spiritu sancto in sæcula sæculorum.

Collectio post canticum.

Deus, qui exeunti ex Ægypto populo tuo maria divisisti, et suspensus utrinque marginibus in speciem muri erigi fluentia jussisti, animas quoque nostras a diluvio peccatorum liberare digneris, ut transire vitiorum gurgitem valeamus hoste contempto, Salvator mundi, qui cum æterno Patre vivis, dominaris ac regnas cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum.

Collectio post benedictionem puerorum.

Exaudi preces nostras, omnipotens Deus, et præsta ut sicut in decantato hymno beata puerorum instituta sectamur, ita tuo munere peccatorum laqueis absoluti æterni ignis non ambiamur incendiis Salvator mundi, qui cum Patre vivis, etc.

Collectio post tres psalmos.

Te, Domine, de cœlis laudamus, tibi ut canticum novum cantare mereamur. Te Dominum in sanctis tuis venerabiliter deprecamur, ut omnia nostra vota suscipias, peccata dimittas, Salvator mundi. Qui regnas, etc.

Collectio post Evangelium.

Exultantes gaudio pro reddita nobis hujus diei luce omnipotenti Deo laudes gratiasque referamus, ipsius misericordiam obsecrantes, ut diem dominicæ Resurrectionis nobis solemniter celebrantibus, pacem et tranquillitatem, lætitiæ præstare dignetur, ut a vigilia matutina usque ad noctem clementiæ suæ favore protecti, exultantes lætitiæ perpetuæ gaudeamus per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

Super hymnum.

Sancte Domine, inluminatio, et salus vera credentibus, Resurrectio Dominicæ claritatis, inluminatio nostrum, ut trinitatis scientia, et unitatis cognitione, filii lucis, et membra Christi, ac templum sancti Spiritus esse mereamur, qui regnas in sæcula sæculorum.

De martyribus.

Hi sunt, Domine, qui, felici cruore perfusi, dum blandientem mundi hujus inlecebram gloriosa passione despiciunt, mortem morte vicerunt, considerantesque tenebras hujus lucis certo termino, ac sine ruituras, sumpserunt de pœna vitam, et de morte victoriam. Rogamus te, Christe, ut eorum precibus adjuvari mereamur, quorum consortes esse non possumus per te, Christe, qui cum Patre vivis dominaris, et regnas.

Super Cantemus Domino gloriam

Deus, qui cotidie populum tuum jugo Ægyptiæ servitutis absolvis, et per fluentia spiritalis lavacri in terram repromissionis devicto hoste transducis. Da nobis de vitiorum impugnatione victoriam, et devictis tenebris nostris deducas hæreditatem in Sanctuario, quod præparaverunt manus tuæ, Salvator mundi, qui cum æterno, etc.

Super benedictionem trium puerorum.

Sancte Domine, et gloriose mirabilium virtutum effector, qui tribus pueris inter supplicia constitutis adistis, cui factum facile est ignium temperare naturam, et vim quodammodo exstantium coercere flammaram, ut inter incendia frigida hymnum tibi canentes cum magna victoria exultarent, eandem nunc, Domine, ad liberandos, ac protegendos nos dona virtutem, Salvator mundi.

Super Laudate Dominum de cælis.

Quem cuncta canite elementa Dominum laudent. Cujus confessio sacra eadem in cælo, et terra, et pignora Sion novum tonanti dicite hymnum, facturi judicium nefandiis in fine conscriptum, perstrepite diversis spiritalibus melodiarum modis, ut Christum conlaudent spiritus per sæcula omnes, qui cum Patre vivit.

Super canticum.

Deus, qui impiam Ægyptum diennisi corruptionibus multas, et diviso mare planum iter populo præstas, preces exaudi, quæsumus, nostras, et nos nostris taliter hostibus salva, Salvator mundi. Qui regnas, etc.

Post benedictionem trium puerorum.

Deus, qui pueris fide ferventibus fornacis flammam frigidam facis, et tribus invictis morte devicta quartus adistis, precamur nobis æstibus carnis talem virtutem præstes adustis per te, Jesu Christe, qui regnas, etc.

Post Laudate Dominum de cælis.

Deus noster, Deus omnium animarum, te adoramus, ut in hac vigilia solemnitatis ad missa pervenire præstes, quo usque tenebræ iniquitatis nostræ convertantur in lumine, sicut sol in meridie splendet, Salvator mundi, qui regnas, etc.

Post Evangelium.

Dominicam, nostræ Resurrectionis initium, venerantes, Trinitati Deo nostro debitas laudes, et grates unito referamus affectu, obsecrantes misericordiam ejus, ut nobis Domini et Salvatoris nostri beatæ Resurrectionis participium tam in spiritu quam etiam in corpore concedat, qui cum Patre vivit, etc.

Post hymnum.

Respice, Domine, ad preces nostras, qui infirmitates visitasti humanas, et tuam nobis sanctificationem largire, et immortalitatem, Christe, qui regnas, etc.

Item post canticum,

Summerso in mari Pharaone liberatur Israel. Nos quoque per baptismi gratiam et crucis triumphum ab omni malo quæsumus liberari per te, Christe, etc.

A

Item post Benedicite.

Deus, qui tres pueros de fornace eripulisti, sic nos eripias de suppliciis inferni, qui regnas in sæcula.

Post Laudate Dominum de cælis.

Te laudamus, Domine, cum sanctis tuis, ut preces nostras suscipere digneris, qui regnas, etc.

Post Evangelium.

Resurgentem in hoc diluculo Dominum deprecamur, ut et nos in vitam æternam resurgamus per omnia sæcula sæculorum.

Post hymnum.

Resurrectionem tuam, Christe, veneramus, per quam in æternum salvari mereamur per omnia sæcula.

Christe Deus, qui in salutem populi tui Israel adjutor et protector fuisti, quem per siccum mare ab Ægypto duxisti, salva nos hoc modo ab jugo peccati. Qui regnas in sæcula.

Post hymnum trium puerorum.

Te enim, omnipotens Deus, benelicinus jure, qui tres pueros liberasti ab igne, nos quoque de supplicio mortis æternæ propter misericordiam tuam eripe, qui regnas, etc.

Post Laudate Dominum de cælis.

Deus altissime Rex, angelorum Deus, laus omnium elementorum, Deus gloriæ, et exultatio sanctorum, custodi animas servorum tuorum, qui regnas in sæcula.

Post Evangelium.

Canticis spiritalibus delectatim nos, Christe, consonantes canimus tibi, quibus tua Majestas possit placari, oblata laudis hostia spiritali, qui tecum vivit, etc.

Item post Evangelium.

Diluculo lucis Auctore resurgente, exultemus in Domino, devicta morte, quo peccata possimus semper obire, vitæque ambulemus in novitate, qui tecum vivit, etc.

Post hymnum.

Lux orta est in luce prima, exordio dierum antiquo facta, Unigenitus tuus, Domine, qui nostra ablvere venit per crucem peccata, qui tecum vivit, etc.

De martyribus.

Triumphalium memores martyrum tuorum, qui pro te toleravere vexilla passionum, precamur, ut per sancta merita ipsorum nostrorum veniam mereamur peccatorum. Qui regnas, etc.

Post Cantemus.

Plebs Israel in figuram nostri liberatur in transitu maris. Nos ergo per gratiam baptismi libera tu ab exitiis mundi. Qui regnas, etc.

Post Benedicite.

Ut tres pueros in flamma salvasti descensu in fornacem cœlestis nutui, sic nos per Angelum magni consilii liberare digneris ab igne inferni. Qui regnas.

Post Laudate Dominum de cælis.

Deus, quem exercitus canit cœlorum, quemque Ecclesia laudat sanctorum, quem hymnizat spiritus

universorum, miserere, obsecro, omnium nostrorum, qui regnas, etc.

Super Cantemus.

Cantemus tibi, Domine exercituum Christe, orantes, ut quemadmodum exemisti dilectam populum tuum captivitatis acerrimæ jugo, iter demonstrante eis nubis columpna per diem, eadem ignis quoque per noctem. Finditur ergo mare dextera, lavaque in abruptum; digestis aggeribus stupens unda solidatur; tuus populus navigat plantis. Miri res! iter ejus nec eques potest sequi, nec ratis. Maria tympanum quatit, hymnus iste canitur, grex peculius tuetur. Ita et nos ab insectatione veteris inimici, et ab omni periculo mundi liberare digneris, Salvator mundi, qui cum æterno Patre visis, dominaris ac regnas una cum æterno Spiritu sancto in sæcula sæculorum.

Super benedictionem trium puerorum.

Tres Hebrei venerabiles numero, sacramento muniti, ætate teneri, sed fidei soliditate robusti, amore divinx religionis Regis adorare imaginem contempserant, utpote qui ipsum contempserant Regem, qui ira sufflatus solito septies amplius caminum jussit incendi, ac pice et stupa armatum citari incendium æstantibus globis. Erubescit quoque ipsum alienis ignibus cælum. Allo præcipitantur insontes, ibidemque te, propter quem præcipitantur, inveniunt, Christe. Taliter et nos ex tyranni intellectualis furore, et ab ingenito igni digneris liberare, Salvator mundi, qui cum æterno Patre visis, etc.

Vorticuli familiæ Benchuir.

Benchuir bona regula,
Recta, atque divina;
Stricta, sancta, sedula,
Summa justa, ac mitra.

Munther Benchuir beata
Fide fundata certa,
Spe salutis ornata,
Caritate perfecta.

Navis numquam turbata,
Quamvis fluctibus tensa,
Nuptis quaque parata
Regi Domino sponsa.

Domus deliciis plena

Collectio super hominem qui habet diabolum.

Domine sancta Pater omnipotens æterne Deus, expelle diabolum, et gentilitatem ab homine isto de capite, de capillis, de cerebro, etc.

Oratio de Martyribus.

Dena, qui martyribus tuis largitus es regnum, nobis autem peccatoribus veniam præstare digneris. Hi coronam suam passione per fidem meruerunt; nos vero pro iniquitatibus et prævaricationibus nostris remissionem a te et misericordiam postulamus, per te, Jesu Christe.

Incipit antiphona in Natale Domini super domini refugium, ad Secundam.

Ab hodierno die nox minuatur, dies crescit, concutuntur tenebræ, lumen augetur, et in lucro lucis nocturnæ dispēdia transferentur.

Post Laudate Dominum de cælis.

Laudent te, Domine, angeli, virtutes, sydera, potestates, et quæ ortum suum tibi debent officio tuæ laudationis exultent, ut per universitatis armoniam tibi met concinnentem fiat, ut in cælo, ita et in terra voluntas tua. Sit tibi, precamur, Domine, beneplacitum in populo tuo, ut per exaltationes tuas in ejus faucibus collocatas, maneat in singulis et verbi tui armatura, qua doceas, et vitæ nostræ veritas, qua semper aspicias, et salus, qua mansuetos exales, quia secundum multitudinem magnitudinis tuæ te laudamus, Domine, gratia laudationis ostensa, immolatione per psalterium, mortificatione per tympanum, congregatione per chorum, exultatione per organum, jubilatione per cymbalum, ut semper misericordiam tuam habere mereamur, Christe Salvator mundi, qui cum æterno Patre visis, etc.

Super Cantemus Domino.

Domine, qui Cinchrim fugientes tueris his sequi per invisita tribus sæculum itinera, prius fluctibus in hinc montium utrimque redactis cælorum, cen jugis abrupta arenibus talis æquore murum quasi et de petra lymphas producens; mergatur ergo ut olim piorum supplicium hostis æterni, quæsumus, statores currum, quod est eujus amatus, actusque cum cogitatu celeri nequam sit Pharaoni Rex Israelidem verum, quæ unda salvat, ut Christo carmina casti, per sæcla, qui cum Patre vivit.

Undecumque lavicta.

Vere regalis aula,
Varis gemmis ornata,
Gregisque Christi caula,
Patre summo servata.

Virgo valde fecunda,
Hæc et mater intacta,
Læta, ac tremebunda,
Verbo Dei subacta.

Cui vita beata
Cum perfectis futura,
Deo Patre parata,
Sine fide mansura.

Benchuir bona regula.

C Incipiunt antiphonæ super Cantemus et Benedicite.

Educti ex Ægypto Patres nostri et pertransierunt pedibus Rubrum mare, dixeruntque laudem Domino nostro.

Tres pueri in camino missi sunt, et non timuerunt flammam ignis, dixeruntque laudem Domino nostro.

Filii Hebræorum penetraverunt, Israelitam plebem transierunt per siccum mare, laudemque dixerunt.

Tres pueri te orabant de medio ignis, ad te clamabant ex una voce, hymnumque dicebant.

D Gloriosus in Sanctis, mirabilis in majestatibus, factio prodigia.

Benedicamus Deum Patrem et Filium, et Spiritum sanctum Dominum.

Dextram, laevamque Moyses aspexit viam regalem.

potum [forte populam] eduxit, ad litus maris usque A perduxit.

Fornacis flammam pueri contempserunt, Christo jugiter immolaverunt, viam iniquam dereliquerunt.

Super Laudate Dominum de cœlis.

De cœlis Dominum laudate, psalterium jocundum immolante, laudate eum in sono tubæ.

Pharao demersus est in Rubrum mare. Moyses pertransit in sicco pede maria, dixit Deo cantate.

De martyribus.

Post ignes et hinc, cruce, atque bestias sancti cum magno triumpho vehuntur in regno et in refrigerio.

In invocatione sanctorum Martyrum miserere, Dea supplicium tuorum.

Super Dominum refugium, in Dominio dicitur.

Convenire, Domine, usqueque, et deprecabilis esto super servos tuos.

Item alia.

Respice in servos tuos et in opera tua, Domine.

Item alia.

Repleti sumus mane misericordia tua.

Alia cotidiana.

Sit splendor Domini Dei nostri super nos.

Memoria abbatum nostrorum.

Sancta sanctorum opera

Patrum, fratres, fortissima

Benchorensi in optima

Fundatorum Ecclesiam,

Abbatum eminentia

Numerum, lampara, ramina

Sine fine fulgentia,

Andite magna merita,

Quos convocavit Dominus

Cœlorum regni sedibus.

Amavit Christus Comgillum

Bona et ipse Dominum,

Carum habuit Begnoum,

Dominum ornavit Edgum,

Elegit sanctum Signacum

Famosum mundi magistrum,
Quos.

Gratum fecit Fintenanum,
Herodem, alium, inclytum,
Illustravit Machlaisreus,
Kaput abbatum omnium,
Lampada sacra Seganum
Magnum Scripturæ medicum.

Quos.

Natus vir erat Beracnus,
Ornatiss et Cumnenus,
Pastor Columba congruus,
Querela abaque Aidanus,
Rector bonus Bautherius,
Summus antistes Cronanus.
Quos.

Ad communicare.

Corpus Domini accepimus, et sanguine ejus potati sumus, ab omni malo non timebimus, quia Dominus nobiscum est.

Item alia.

In labiis meis meditabor hymnum, alleluja; cum docueris me, ego justitias respondebo: Alleluja.

Item alia.

Gustate et videte, alleluja, quam suavis est Dominus, alleluja.

Alia.

Hoc sacrum corpus Domini et salvatoris sanguinem sumite vobis in vitam perennem. Alleluja.

Item alia.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine.

Item alia.

Hic est panis vivus, qui de cœlo descendit. Alleluja, Qui manducat ex eo, vivet in æternum, Alleluja.

Item alia.

Refecti Christi corpore et sanguine, tibi semper, Domine, dicamus: Alleluja.

Ad Vesperum et ad Matutinum.

Gloria in Excelsis Deo, et in terra pax, etc.

Tantis successit Camanus
Vir admirabilis omnibus.
Christo nunc sedet supremus,
Hymnos canens quindecimus,
Zoon ut carpat Cronanus,
Conservet eum Dominus.
Quos

Horum sanctorum merita
Abbatum fidelissima
Erga Comgillum congrua
Invocamus altissima,
Uti possimus omnia
Nostra delere crimina
Per Jesum Christum æternæ
Regnantem in secula.

ORIGO

CANTUUM ET CURSUM ECCLESIASTICORUM,

EX CODICE VETUSTISSIMO.

(Spelman. Concil. Anglic. tom. I.)

Si sedulo inspiciamus cursus auctores, in orodiam reperimus decantatum fuisse, non sicut alkul imperiti fuisse, vel varis objectiones pertulerunt, adhuc multi conantur fore.

Beatus Trosimus episcopus Arelatensis, et sanctus Photinus martyr et episcopus Lugdunensis, discipulus sancti Petri apostoli, sicut et refert Josephus et Eusebius Casariensis episcopus, cursum Romanum in Galles tradiderunt.

Inde postea relatione beati Photini martyris, cum quadraginta et octo martyribus, retrusi ergastulum, relatione ad beatum Clementem IV loci successoris Petri apostoli deportaverunt, et beatum Inerenium episcopum beatus Clemens ordinavit, Hoc in libro sancti ipsius Inerenii episcopi et martyris reperies. Edoctus a beato Polycarpo Hismerniorum episcopum et martyrem, qui fuit discipulus Joannis apostoli,